



SEAL OF THE LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
SEMPER VIRENS
1885

Kosmetik und Toxicolc

nach Wilhelm von Saliceto (13. Jahrh.

INAUGURAL-DISSERTATION

WELCHE

ZUR ERLANGUNG DER DOCTORWÜRDE

IN DER

MEDICIN UND CHIRUR

MIT ZUSTIMMUNG

DER MEDICINISCHEN FACULTÄT

DER

FRIEDRICH-WILHELMS-UNIVERSITÄT ZU BER

am 10. December 1897

NEBST DEN ANGEFÜGTEN THES

ÖFFENTLICH VERTHEIDIGEN WIRD

DER VERFASSER

Wilhelm Herkner

aus Crinitz (Brandenburg).

OPPONENTEN:

Herr Dr. Bobrik, Marine-Unterarzt.
- Cand. med. Dobrick.
- Dr. med. Rutz.

BERLIN.

Buchdruckerei von Gustav Schade (Otto Francke).

Linienstrasse 158.

MED

einem Vater.

Saliceto
fällt, zählt z
Seine B
hreibern allg
der Chirurgi
ts in ziemlich e
Weniger ist d
in der sogenannte
hes, die Chirurgie a
es Lehrbuch der innere
geht: „Summa conserv
tzutage ein rarissimus lib
ter citiert als wirklich studie
aueres Eingehen auf den Inha
es Hervorheben dessen, was i
ineller Gedanke, als ureigne Leh
o zukommt und wie weit er sich a
lehnt, eine ausführlichere Beurteilu
der schriftstel Seite vermisse

Der Arzt und Wundarzt Wilhelm von Saliceto, dessen Lebenszeit in das XIII. Jahrhundert fällt, zählt zu den hervorragenderen Männern seiner Zeit. Seine Bedeutung liegt, wie von den Geschichtsschreibern allgemein anerkannt wird, auf dem Gebiete der Chirurgie. Nach dieser Richtung hin ist er bereits in ziemlich erschöpfender Weise gewürdigt worden. Weniger ist das der Fall bezüglich seiner Leistungen in der sogenannten inneren Medicin. Sein ausführliches, die Chirurgie an Umfang bei weitem übertreffendes Lehrbuch der inneren Medicin, das unter dem Titel geht: „Summa conservationis et curationis“ ist heutzutage ein rarissimus liber und scheint auch früher öfter citiert als wirklich studiert worden zu sein. Ein genaueres Eingehen auf den Inhalt desselben, ein prägnantes Hervorheben dessen, was in diesem Werke als origineller Gedanke, als ureigne Lehrmeinung dem Saliceto zukommt und wie weit er sich an seine Vorgänger anlehnt, eine ausführlichere Beurteilung des Buches nach der schriftstellerischen Seite vermissen

wir in allen Lehrbüchern der med. Geschichte. Eine seiner würdige biographisch-litterarische Monographie besitzen wir erst recht nicht über ihn. Unter diesen Umständen war es immerhin ein Verdienst, dass Pagel wieder die Aufmerksamkeit auf Saliceto lenkte und diesen als würdiges Objekt eines eingehenderen Specialstudiums empfahl. In den Dissertationen von Grunow und Loewy ist auf seine Anregung bisher die Analyse des Inhaltes aus den ersten beiden Büchern geliefert und zugleich die charakteristischen Leistungen, namentlich alles dasjenige hervorgehoben worden, was zur Beurteilung Salicetos als origineller Beobachter und Praktiker dient. Besonders ist auf die eigene reiche Erfahrung hingewiesen und die Kasuistik ausführlicher mitgeteilt worden. Gerade diese zeigt uns recht deutlich, wie sehr Saliceto auch die Beachtung des modernen Mediciners und eine geschichtliche Würdigung von neueren Gesichtspunkten aus verdient. Sie rechtfertigt die quellenmässige historische Beschäftigung mit diesem hervorragenden Autor der mittelalterlichen med. Litteratur um so mehr, als auch leider sogar einige Irrtümer sich über Saliceto eingeschlichen haben. Ich bin daher sehr gern der Anregung des Herrn Privatdocenten Dr. Pagel gefolgt und habe auf Grund des mir von diesem überwiesenen Materials den Faden da wiederaufgenommen, wo ihn meine Vorgänger Grunow und Loewy fallen liessen. Der Kontinuität wegen werde ich ganz nach ihrem Muster verfahren und ebenfalls zunächst das Inhaltsverzeichnis der be-

treffenden Bücher und aus einzelnen Kapiteln die durch Kasuistik oder sonstige originelle Mitteilungen bemerkenswerten Stellen im Wortlaut mitteilen. Benutzt ist für diese Anthologie dasselbe Material, welches den Herren Grunow und Loewy zur Verfügung stand. Ich behandle im folgenden zunächst Buch III und IV der Summa, bin aber ausserdem durch die Liebenswürdigkeit des Herrn Dr. Pagel in die Lage gesetzt, auch handschriftliches, bisher noch nicht publiciertes Material, beizubringen. Es handelt sich dabei um eine mehrere Folioseiten (139 a Spalte 1—140 b Spalte 2) umfassende Partie aus Codex Amplon. Erfurt F. 240, welche sich hier im Anschluss an Buch III findet, sonst aber nirgends, weder in einer gedruckten, noch handschriftlichen Ausgabe zu lesen ist. Pagel vermutet, dass hier entschieden eine Interpolation des Abschreibers aus irgend einem anderen Autor oder Pseudoautor vorliegt. Doch muss ein sicheres Urteil über die Echtheit resp. über die mutmassliche Quelle einstweilen in suspenso bleiben. Weitere Nachforschungen werden vielleicht Aufklärung bringen. Jedenfalls bestätigt auch diese Interpolation wieder, wie grosse Vorsicht bei der Beurteilung gerade der mittelalterlichen Produkte erforderlich ist und dass die Schilderung von den entsetzlichen Korrumpierungen und Textverfälschungen, wie sie wohl die meisten Autoren erfahren haben, keineswegs übertrieben ist.

Buch III ist überschrieben: De decoratione et venenis.

Es handelt sich da um ein Gebiet, welches wie man sieht, schon im XIII. Jahrhundert recht gründlich und in ganz eigenartiger Weise traktiert wird. Dinge kommen da zur Sprache, welchen man heutzutage kaum einen Platz in einem Lehrbuche der Medicin einräumen möchte, höchstens in einem populär- med. oder einem für den Gebrauch in Laienkreisen, für den Geschmack des grossen Damenpublikums etc. bestimmten Hausbuche allenfalls für berechtigt ansehen würde, Toilettenfragen und allerlei Kuriositäten. Schon aus diesem Grunde verdient auch dieser Abschnitt aus dem Werke Salicetos als typisches Specimen einer mittelalterlichen med. Schrift Beachtung. Einiges davon enthält das, was man heutzutage zur pharmacopoea elegans rechnen würde. Buch IV umfasst eine in vielen Stücken auch durch manche Mitteilung kulturhistorisch interessante und wichtige Toxikologie.

Explicit liber secundus de febribus etc. Incipit tertius de decoratione et venenis et primo de decoratione, secundo de venenis.

Cap. I. de furfuribus.

Cap. II. de casu capillorum i. e. alopitia.

Cap. III. de generatione pilorum in locis in quibus evelluntur et confortatione eorum qui cadunt et medicatione initii calvitii.

Cap. IV. de scissuris seu corrosione extremitatum capillorum.

Cap. V. de crispandis et planandis et longificandis capillis (über das Kräuseln etc.).

Cap. VI. de regimine eius qui vult ne canicies ad eum properetur et de his quae inducunt glaucedinem rubedinem albedinem et nigredinem in capillis.

Cap. VII. de his quae capillos evellunt et omnino destruunt ita quod non renascuntur et de his quae odore psilotri destruunt et prohibent adustionem psilotri et sanationem eius quod iam adurit.

Cap. VIII. de sahafati i. e. pustulis rubeis capitis et faciei humidis et rubore faciei cum pustulis siccis et pruritu.

Cap. IX. de alguescen i. e. de pustulis lividis quae appellantur gosoni et sunt similes nodis quae fiunt in principio leprae.

Cap. X. de impetigine et serpigiue quae fiunt in facie et collo et aliis membris.

Cap. XI. de his quae subtiliant clarificant et albicant faciem et citrinant, rubificant et eam denigrant.

Cap. XII. de his quae prohibent sceb. i. e. mutationem coloris quae fit in facie a sole et vento.

Cap. XIII. de his quae delent pannum faciei et lentigines et ulcerum cicatrices et vestigia variolarum.

Cap. XIV. de his quae auferunt sanguinem mortuum vel viriditatem contingentem ex casu vel percussione in aliquo membrorum.

Cap. XV. de pruritu et scabie et magnis pustulis.

Cap. XVI. de prohibitione generationis pediculorum et destructione eorum qui nati sunt.

Cap. XVII. de his quae occultant odorem alleorum, ceparum et porrorum.

Cap. XVIII. de his quae occultant odorem vini et his quae multum bibere faciunt et quae de levi inebriant et his quae alleviant ebrietatem et de curatione ebrietatis.

Cap. XIX. de sare i. e. tumoribus qui sunt in modum tumoris qui fit morsu pediculi qui cito fiunt et cito recedunt et praecipue quando homo scalpsit se.

Cap. XX. de alkiseph vel de sudationibus i. e. pustulis parvissimis quae fiunt in corpore hominis tempore caloris ex sudore et aliquando fiunt in membris ut pulicis morsus.

Cap. XXI. de morphea alba nigra et albarras.

Cap. XXII. de lepra.

Cap. XXIII. de verrucis et porris, ficis et celsis.

Cap. XXIV. de superfluitate aurium purganda.

Cap. XXV. de illis quae auferunt fetorem assellarum.

Cap. XXVI. de his quae prohibent ne puerorum testiculis et puellarum mammillis properet magnitudo.

Cap. XXVII. de his quae ingrossant corpus et macrum ipsum faciunt.

Cap. XXVIII. de his quae sudorem totius corporis bene redolere faciunt.

Cap. XXIX. de diminutione fetoris urinae et egestionis.

Cap. XXX. de custodia corporis mortui ne feteat et ne cito putrefiat.

Cap. XXXI. de his quae prohibent foetorem pedum.

Cap. XXXII. de regimine extremitatum digitorum pedum et manuum ne a frigore corrumpantur et succursu si incepta fuerit corruptio et sanatione eius quod corruptum est.

Cap. XXXIII. de his quae prohibent fixuras quae fiunt in calcaneis et appellantur muge.

In Cap. X. findet sich eine merkwürdige Stelle:

Citrinare faciem artificialiter pertinet ad ypocritam vel gaiofum vel fraudulentum, dormire in loco ubi fit ciminum, ciminum citrinat faciem et uti cimino in omni cibario et odorare ciminum et linire faciem cum pulvere cimini etc.

Aus Cap. XVIII.: Ea quae valent ad multum vinum

bibere dum sunt ut ea die qua vult bibere non multum repleatur cibo neque comedat dulcia: taffeam viridem vel albam sorbeat, cibarium est quod fit de carnibus et aqua et vocatur taffea alba; si autem in eodem cibario ponatur herba viridis dicetur taffea viridis et comedat micas molles in jure pingui et carnem habentem pinguedinem admixtam comedat temperate neque illa die laboret post comestionem sed statim postquam expergefactus fuerit bibere incipiat et sit non habens gravedinem cibi precedentis diei in stomacho etc. . . .

Gegen Schluss des Kapitels heisst es: Sollennitas (Sorgfalt) quae attenditur in curatione crapulae non habet locum in nostra contracta (Gegend) eo quod continue utitur vinum illic ab hominibus. In terra vero saracenorum habet locum eo quod faciunt bevariam temporaliter in qua bibunt vinum absque mensura et modo et inebriantur malo modo ita quod ebrietas durat in eis per XXIV horas et plus. Unde cum non sint consueti bibere vinum magis leduntur a vino quam consueti et propter hoc in eorum cura crapulae maior requeritur solemnitas quam in Christianis.

In Cap. XXI. heisst es:

Dicitur quod si albarras vel aliqua ex morpheis omni die epithimetur cum sanguine serpentis nigri quod de proprietate hic sanguis curat et removet albarras et morpheam; de quo nostro tempore non scivimus veritatem et deus melius novit.

In Cap. XXII. (s. auch das Citat bei Puccinotti)

›isst es: Nos autem absque viperis curavimus in .vitate bononiae Abbatem sancti martini de rusigno et de Variante: in} hoc fuerunt testes omnes magistri et scoıres medicinales qui tunc temporis erant bononiae et a civitate veronae dominum oldivisium de padua, et non lubitamus quod multi per viam istam et specialiter cum ısu viperarum ut est dictum liberarentur si infirmitates essent in principio et absque destructione compositionis et continuitatis membrorum . . . similiter quattuor trocisci de tyro cum unc. 1 tyriace et vino vel aqua supradictis et plus usi fuimus hac re in cura leprae aliis rebus et cetera. Quaestio oritur hic: cum enim cancer qui est lepra unius membri et sit de illis quibus non est sanatio quid tunc dicemus de lepra cum sit eadem materia et eodem modo adusta et sit cancer totius corporis? Solvitur quod in lepra est etc. . . . .

Zum Schluss heisst es:

scire hic convenit quod si castretur leprosus cum fuerit in principio suae infirmitatis curabitur a lepra cum parvo adjutorio. Nos vero nunquam probavimus et ratio hujus est quia castratio inducit humiditatem et minuit caliditatem et convertit complexionem in contrarium eius quod invenit. Unde viros effeminat ut volunt philosophi et sensus hoc manifestat, sed bene speravimus in domino tempore nostro experiri hoc. Fuit quidam medicus amicus noster et curatus fuit absque medico post castrationem a lepra, sed remansit absque barba toto tempore vitae suae ut

castrati remanent. Et nos in cyrurgia nostra de castratoinis modis plenarie determinavimus.

Nunmehr folgt der in der Einleitung erwähnte Abschnitt aus Codex F. 240 der Erfurter Amploniana. Derselbe lautet folgendermassen:

Finis medicinae ita dumtaxat laudabilis existit cum auctor in singulis valetudinibus quod futurum sit perpendit quamvis curare omnes non possit. Cum autem neque causarum scientia neque accidentium praesentia futurorum haberi non possit nisi per signa in causa evidenti est quod necessaria signorum sit notitia. Ego itaque tamquam utilitati practicantium deservire volens quod, de signis auctoritate Ipocr. Gal. Ras. et Avic. didici dignum dixi compilare non solum in acutis sed etiam in cronicis egritudinibus. Ab acutis ergo exordiamur quae quidem signa quanto sunt notiora tanto periculosior est eorum ignorantia. Sed quia secundum diversa signa egritudinum signorum diversificantur significata ideo a signis districtius sumamus exordium. Sunt autem tempora cujuslibet egritudinis quatuor sc.: principium, augmentum, status et declinatio. Hoc nomen principium multipliciter accipitur ut ait Gal., quandoque dicitur principium initiale instans egritudini et ita sumitur ab Ypocrate in pron. ut dicit oportet medicum diem principii non ignorare, quandoque dicitur principium tertia dies egritudinis quod innuitur per dicta Ypocr. in eodem loco et si fuerit egritudo triduana non minus percuntabit augmentum (?) Tertio modo dicitur principium quod durat ab initiali principio

egritudinis usque ad manifestam apparitionem signorum digestionis, quae autem sunt signa digestionis apparebit, et haec signa manifeste distinguunt principium ab aliis temporibus. Alia autem tempora determinantur a principio et a se invicem differunt per haec signa scil. per collationem duorum paroxysmorum ad se invicem et per partes intermediantes duos paroxysmos sic demonstretur tertius paroxysmus alicuius egritudinis. Si enim alie paroxysmus plus anticipat respectu secundi quod secundus respectu primi signum augmenti est. Si minus, signum est declinationis et si eque, signum est status. Item si plus suboccupat tertio respectu secundi quam secundus respectu primi signum est declinationis, si minus, signum est augmenti. Minus autem dico vel magis suboccupat quia ut ait Gal. in libro de crisi anticipatio vel suboccupatio non est per se signum alicuius temporis egritudinis quia de natura quarundam egritudinum est ut semper anticipent, de natura aliquarum ut semper suboccupent. Majoritas autem vel minoritas anticipationis vel occupationis signum est augmenti vel declinationis aequalitas signum est status. Item consideranda est ipsius paroxysmi quantitas; si enim magis durat sequens quam primus signum est augmenti, si minus declinationis; si eque status. Item consideranda est malicia afflictionis sive augmenti; malicia autem afflictionis est tam in naturalibus dispositionibus egritudinis. Naturales dispositiones cuiusque egritudinis dicuntur ille que statim a principio egritudinis apparent et ipsas concomitantur usque ad suam creticam determi-

nationem vel declinationem; verbi gratia in pleuresi sunt naturales dispositiones: dolor lateris pungitivus, febris continua, tussis, hanelitus. Accidentales dispositiones sunt illae quae emergunt post principium ut dolor capitis sitis linguae asperitas. Talia sunt signa crisis et signa digestionis. Si ergo in naturalibus dispositionibus maior inveniatur malicia in hoc paroxysmo quam in praecedente signum est augmenti, verbi gratia si sentiatur major dolor sub costis acutior calor major inspirandi et respirandi difficultas signum est augmenti, si hoc inveniatur remissa in sui malitia signum declinationis, aequalitas signum status, e contrario intelligendum est de dispositione accidentali, haec omnia habentur ab Ypocrate in hoc amphorismo licet minus expresse: paroxysmus et consistentias etc. et circuitus incrementa et dicit G. in commento super illo amphorismo quod tripliciter debet intelligi incrementum accessionis paroxysmi et incrementum durationis et acuminis vel malicie egritudinis. Per quietem interjacentem duas accessiones talis fit ipsorum temporum districtio, si enim post hunc paroxysmum se sentiat patiens magis fatigatum quam in antecedente signum est augmenti si minus declinationis si eque status. Item si plura accidentia vel fortiora in paroxysmo inveniantur signum est augmenti; si minus declinationis, aequalitas paroxysmorum duorum signum est status licet in quibusdam egritudinibus non contingat reperiri duos paroxysmos aequales ubi completus status uno paroxysmo possit compleri status uno paroxysmo, nec enim mirum

si uno paroxysmo possit compleri status; aliquando enim contingit quod principium paroxysmi egritudinis principium est et augmentum paroxysmi augmentum egritudinis et status egritudinis similiter licet declinatio inveniatur equalis et tamen contingit quod tempora universaliter differant a particularibus, tempora autem universalia sunt quattuor tempora egritudinis, particularia tempora sunt paroxysmorum, omnis paroxysmus quattuor habet tempora sicut egritudo; patet ergo diffinitio temporum ad se invicem.

Cap. II.

De propinquitate et remotione status.

Distinguendum est autem qualiter sciatur utrum status sit propinquus vel remotus et hoc maxime necessarium secundum vicinitatem et remotionem proportionari debeant signa propinquitatis status vel remotionis vel regimina infirmorum. Inprimis ergo consideranda est materia egritudinis et motus quod inferius patebit. Si enim materia fuerit calida et motus velox status erit propinquus. Si frigida vel flegmatica vel melancolica motus erit tardus et status remotus. Sed tamen materiam et alia particularia considerabis et quia si cum calida materia calida complexio tempus anni et regio et etas conveniant haec omnia faciunt ad statum propinquum similiter si cum frigida materia conveniant sua particularia in frigiditate ut tempus anni etas et regio, etas haec in quem statum remotum signant. Si autem a materia sua parti-

cularia discripent vel si quaedam sibi conveniant et quaedam non, erit status mediocriter vicinus de cuius vicinitate vel remotione judica secundum dominium superiorum signorum etc.

Cap. III.

in qua die debeat exspectari status.

Circa quam diem debeat exspectari status sic cognoscetur. In prima die signa digestionis considera; si in aliqua parte die naturali apparuerint signa manifesta ut urina tincta cum nube alba vel cum e normate albo vel hypostasi alba et omnia alia signa fuerint in ultimo bonitatis sue posita de necessitate fit crisis ad bonum in die quarta vel tertia et utrumque eorum distinguetur inferius; si autem non fuerint signa bona in ultimo sed permixta tunc possibile est crisim differre usque ad VII vel in VI° vel in V° qualiter utrum illorum contingat dicam inferius. Si e contrario signa servantur indigestionis et ultime malicie appareant signa in prima die necesse est fieri crisim in quarto vel tertio ad malumque si non fuerint in ultimo dravitas, differtur crisis usque ad V vel VI vel VII. Item si prima die appareant signa indigestionis urina alba et tenuis et egritudo sit tardi motus exspecta secundum diem et si tunc appareant signa occulta digestionis ut tincta aliquantulum urina sine bonitate substantie possibile est crisim fieri in septimo et maxime si in die quarta emergunt manifesta signa digestionis, si autem non secunda die appareant in sequentibus tamen diebus con-

sidera et maxime in quarta et si aliquod appareat signum occultum digestionis et VII^{a} manifestum tunc erit crisis in XIV^{a} si nec in IIII^{a} apparuerit aliquod signum occultum immo incipiat apparere in VII° non terminabitur ante XX et iam pertransit egritudo naturam et regulam acutarum unde potius reputanda est inter cronicas quam inter acutas nec te movent si in cauta remotione status fit in qua die debeat fieri nescias, sufficiat enim hoc tibi ut scias statum esse remotum et secundum hoc regimen regas et copiose nutrias, contingentibus autem signis propinquis adhibeas regimen et subtiliter reficias.

Cap. IV.

de triplici genere signorum.

Consequenter videndum est quae signa digestionis sunt occulta quae manifesta, quae completa; signa igitur digestionis quocunque tempore appareant bona sunt et laudabilia, signa vero crisis si ante signa digestionis appareant mala et illaudabilia. Signa autem digestionis sumuntur a superfluitatibus a corpore exeuntibus non ab omnibus vero maxime a duobus scil. in urina in continuis in apostematibus in sputis sicut in pleuresi vel peripleumonia (?). Sic ergo distinguuntur signa per urinam. Si in principio egritudinis urina sit tenuis et alba signum est summe indigestionis que si prima exierit aliquantulum tincta vel citrina vel subrufa remanente substantia tenui vel si etiam substantia aliquantulum

[illegible]

[illegible] II.

[illegible]

[illegible] signa [illegible] sequuntur [illegible] signa indigestionis [illegible] signa accidunt [illegible] possibile [illegible] in sequuntur et maxime quarta [illegible] signa digestionis, si a secunda [illegible] apparuerunt in sequentibus tamen di[illegible]

[illegible] et maxime in quarta et si aliquod appareat signum [illegible] digestionis et VII^a manifestum tunc erit crisis [illegible] XIV^a. Si nec in IIII^a apparuerit aliquod signum occultum [illegible] incipiat apparere in VII^a non terminabitur ante [illegible] pertransit egritudo naturam et regulam acu[illegible] unde potius reputanda est inter cronicas quam [illegible] acutas; nec te movent si in cauta remotione status [illegible] die debent fieri nescias, sufficiat enim hoc tibi [illegible] statum esse remotum et secundum hoc regimen [illegible] nutrias, contingentibus autem signis pro[illegible] regimen et subtiliter reficias.

Cap. IV.

[illegible] signorum.

[illegible] videndum est quae signa digestionis [illegible] manifesta, quae completa; signa igitur [illegible] tempore appareant bona sunt et [illegible] crisis si ante signa digestionis [illegible]bilia. Signa autem digestionis [illegible] a corpore exeuntibus non [illegible] a duobus scil. in urina in con[illegible] sputis sicut in pleuresi vel [illegible] distinguuntur signa per uri[illegible] urina sit tenuis et alba [illegible] que si prima exierit [illegible] vel subrufa remanente [illegible] substantia aliquantulum

inspissetur nec tamen fiat in ea post moram residentia illud est signum occulte digestionis que si post appareant cum emendatione coloris vel e normate bonarum differentiarum ut ypostasi non alba sed rubea vel cum aliquo istorum sed tamen residentia est in fundo signum est manifeste digestionis non complete sed mediate et tunc completio principii est ad cujus proportionem sequitur proportio aliorum signorum. Item si postea exeat urina tincta cum ypostasi alba et in fundo cum bonis differentiis signum est complete digestionis et nihil restat nature nisi ut expellat et hoc consonat dicto Ypocratis in principio qui agens de ypostasi rubea dicit quod egritudinem diuturniorem superioribus significat et ideo quia signum digestionis completur et in hac in illa autem manifestetur et non complete.

Cap. V.

de signis digestionis in sputis.

In sputis sic distinguendum est digestionis signum: si patiens tussiat tussi sicca et nihil expellat signum est summe indigestionis, quod si quid exeat signum est digestionis occulte si post exeat in majori quantitate cum facilitate projectionis et melioris coloris et substantiae spissitudine ut sputum subrubeum sano sputo mixtum signum est manifeste digestionis et completum est principium, augmentum et status. Quodsi post melioretur coloris bonitas ut fiat album et substantiae spissitudo

augeatur quantitas et tendatur et facilitas projectionis hoc ultimum exemplum ponit Y. de quodam qui usque ad X dies tussivit tussi sicca nihil exspuens. Die autem XI excreavit liquidum indigestum et die XIV. sudavit crisi imperfecta. Si vero XVII[a] emendatum est sputum laudabile in colore et substantia et facilitate projectionis et processit emendatio usque ad XXVII. diem et tunc exspuit cum colore et substantia ultimo in bonitate et aliis bonis differentiis sputi ultimitatis et duravit haec projectio usque ad XXXIV. diem fuit hoc totum tempus ultimum status ut ait G. et nota quod ad prolixitatem praedictorum signorum vel breviationem et tensionem brevitas vel prolixitas egritudinis denotatur. Si enim primis tribus diebus prolixentur signa digestionis ita quod in nullo eorum apparent manifeste vel occulte signa digestionis, de necessitate erit longa egritudo. Si vero non prolongentur usque ad diem quartum signa digestionis quanto citius emergunt signa digestionis occulte tanto brevior est egritudo per intensionem vel remissionem signorum omnis urina a pallido inferius dicitur alba larga acceptione. Sed tamen quanto magis urina vicinatur albo tanto vicinior est in significando indigestionem et egritudo tanto magis prolixatur eodem modo, quedam tenuitas summa est quedam relata per quas diversificatur prolixitas vel brevitas egritudinis, quanto signa magis elongantur a signis indigestionis tanto minus prolixa est egritudo eodem modo signa digestionis occulta habent latitudinem ut citrinam vel subcitrinam et tenuem vel magis colora-

tam vel magis spissam non residentem sed tamen secundum hoc diversificatur prolixitas vel brevitas egritudinis.

Cap. VI.

quomodo cognoscitur brevitas et longitudo egritudinis.

Sunt et aliae considerationes quibus cognoscitur prolixitas egritudinis et universaliter per haec tria scil. ipsa egritudo, dispositio egrotantis, extrinsecus accidentia. Ipsa egritudo quia sunt quedam egritudines quarum consuetudo est ut non prolongentur ultra tertium diem sicut effimera nisi assit error, similiter tertiana vero non transit septem peryodos, omnis continua brevior est interpollata sibi pace (?), preterea omnis materia sanguinea vel colerica cito digestibilis et egritudines de ipsis facte breves sunt pure. Omnis egritudo de melancolia vel flegmata vel in quibus flegma interponit partes suas vel in salso flegmate colera citrina vel vitellina tarde determinabilis. Item omnis egritudo vehementis acuitatis cito terminabilis vel vincitur natura vel vincit cito non tamen oportet de necessitate si sit remissa quod ideo sit longa, potest enim esse remissa et brevis, tunc debet haberi consideratio et respectus ad motus egritudinis et signa digestionis. Si enim veloces sint motus erit brevis egritudo, si longi longa, velox autem non idem est quod acumen sed attenditur velocitas motus penes hoc quod cito sequentur tempora paroxysmi, si enim in paroxysmo breve est principium et breve augmentum et brevior status sc. respectu precedentium motus dicitur velox et egritudo erit brevis,

si e contrario tardus motus et egritudo erit longa, verbi gratia si in cotidiana frigus magnum et calor tardus elevatur lente et non cito terminatur eius velocitas motus dicitur tardus, si e contrario fuit motus erit velox per dispositionem egrotantis, sic cognoscitur prolixitas vel brevitas egritudinis, omnis enim egritudo que fit in corpore calido macro habente molles carnes et latas brevior erit, e contrario prolixior.

Cap. VII.

De accidentibus extrinsecis.

Extrinseca accidentia sunt ut tempus anni regio et etas et regimen generaliter, egritudines quae fiunt in tempore calido breves sunt ut ait Rasis et omnes quae sunt in tempore pestilentiali maxime cum fiat pestis tempore calido et humido. Egritudines facte tempore frigido longe vel prolixe secundum regimen sed quia si fuerit regimen copiosum longa erit egritudo cum calor naturalis non possit simul intendere diete et morbo. Si dieta tenuis et egritudo brevis scil. si digestionis signa cum remissione acuminis cito terminabitur egritudo. Si signa digestionis perseverant, tarde determinabitur et licet dixerim quod illa in qua est vehementia acuminis citius terminabitur quam illa in qua est remissio, instantiam tamen habet in ethica. Ethica enim ut ait Rasis talis est quod tertia ejus species tardioris terminationis est quam prima et maxime quantum ad curam. Item Gal.:

signum sumitur a vitio et virtute operationum ab exeuntibus superfluis et forma corporis. Cum ergo diversa sint membra secundum eorum diversitates diversificantur superfluitates, est enim subductio superfluitas primae digestionis, urina secundae, et ypostasis tertiae, sputum a spiritualibus et purgationes palati narium aurium occulorum a capite. Item in urina sumitur signum certissimum de febre que per se est in qua non est apostematis collectio et hoc cum febris sit passio cordis quo patiente compatitur epar ex cujus compassione disponitur urina, signum potissimum in passione spiritualium est sputum sed quia apostema spiritualium concomitatur febris inspicienda est urina in passionibus eorum similiter si nutritiva pati contingat sine febre subductio est potissimum signum. Si vero assit febris et urina tunc urina inspicienda est.

Cap. VIII.

de diversitate sputorum quae est ibi (?).

De sputo ergo primo agamus. Notandum ergo quod a sputo non tantum sumitur signum digestionis et indigestionis sed etiam bonitatis et malitie, vitae et mortis. Sputa ergo diversificantur tripliciter: quia sputum quod est a stomacho et exit cum excreatione vel a cerebro et exit cum rascatione vel a spiritualibus et exit cum tussi. Sed prima duo inutilia sunt ad cognoscendum in febribus acutis que sunt cum apostemate. Ultimus di-

versificatur secundum duos ordines quorum primus est in significatione digestionis vel indigestionis, secundus in significatione bonitatis et malitie. Signum igitur summae indigestionis est quando tussis est sicca et nihil exspuitur, signum autem digestionis primum et occultum est quando spuitur liquidum et indigestum, signum autem digestionis manifestum sed non completum est sputum mediocre digestum vel subrubrum sano sputo admixtum, signum autem complete digestionis est sputum omnino dealbatum ut in saniem conversum, in alio autem ordine bonitatis et malicie vitae et mortis sunt signa sed inter signa bonitatis primum.

Soweit der interpolirte Text aus Cod. Amplon. F. 240. Damit schliesst Buch III.

Explicit liber tertius de decoratione et venenis. Incipit liber quartus de cautela venenosorum.

Cap. I. In quo determinatur de cautela venenosorum et collectionibus et aggregationibus sanationis et venenorum morsus et animalium venenosorum.

Cap. II. De illis quae fugant serpentes et venenosa animalia et rapacia ut lupus et similia et ea interficiunt.

Cap. III. De morsu serpentum qui nocent quando mordent per vulnus et non per venenum de quo sit curandum.

Cap. IV. De morsu hominis et quadrupedum.

Cap. V. De puncturis parvorum venenosorum et morsu eorum.

Cap. VI. De mineris quae in potu sumuntur et operantur ut venena.

Cap. VII. De plantis et herbis calidis venenosis quae in potu vel comestione dantur.

Cap. VIII. De plantis et herbis frigidis venenosis quae in potu vel comestione dantur.

Cap. IX. De animalibus quae corrumpunt vel interficiunt cum eorum corpora comeduntur.

Cap. X. De fellibus venenosis et interficientibus extremitate animalis et sanguine et sudore et ovis venenosis.

Cap. XI. De piscibus frigidis et assaturis suffocativis et frigidis et carnibus corruptis.

Cap. XII. De sanguine et lacte congelatis in stomacho corruptis.

Cap. XIII. De his qui sumpserunt vinum vel aquam frigidam in jejunio vel post nimium laborem aut post egressionem de balneo aut post coitum factum corpore inanito vel aquam saponis.

Cap. II enthält viel Märchenhaftes und gläubig naiv Nacherzähltes von Schlangen etc. „Mäuse fliehen am besten vor dem „gatus“, eine kindliche Anschauung, die unwillkürlich unser Lächeln hervorruft, wenn man bedenkt, in welchen Angelegenheiten damals ein Arzt consultirt werden durfte. Gehört das mehr ins Gebiet der Wohnungshygiene oder des Krankencomforts? Jeden-

falls charakterisiert es die Zeit, die damals selbst in höheren Kreisen vorherrschende Unsauberkeit, die Vernachlässigung der elementarsten Regeln der Hygiene, die Alltäglichkeit solcher Erscheinungen und — last not least — die Anforderungen, welche man quoad Vollständigkeit an ein medicinisches Lehrbuch stellte, das in der That eine Art Vademecum für alle Verhältnisse des Lebens, des gesunden und kranken Leibes repräsentieren sollte.

Ferner werden in diesem Cap. alle dem Saliceto vom Hörensagen her bekannten Schlangenarten beschrieben, sowie auch der Behandlungsmodus der Bisswunden angegeben, so heisst es:

Serpentes qui appellantur dracones .... et in omni mandibula sunt tres dentes et ego possum dicere de hoc, quia fui in episcopatu milani (mediolanensi) cum domino Martino de la turre quem curabam debilitate nervorum et stupore et tremore eorum in quodam suo castro quod vocatur peganum et quidam ejus castaldus dixit eidem domino Martino et mihi: vultis quod ducam vos ad locum in quo vidi majus mirabile quod unquam vidistis, et nos diximus quod sic, et nos cum eo et quibusdam aliis hominibus ivimus, et ipse castaldus duxit nos post ista verba ad quendam locum desertum in quo maxima materia lapidum secundum longitudinem facta erat et cum fuimus ibi ipse castaldus cum multis aliis hominibus dixit, quod breve tempus erat quod viderat in loco illo unum spolium serpentis cujus longitudo erat per bonam mensuram ad suum cubitum plus XXX cubitis et vide-

batur os spolii serpentis magnum in tantum quod puer decem annorum intrasset absque lesione et homines qui secum erant, et homines de illa terra verificabant hoc. Et propter hoc bene possumus credere hoc quod dicit Avic. etc. Man beachte diesen naiven Erzählerstil! Et hoc est proprie veritas et sciat quilibet sapiens quod tales dracones possunt inveniri in aliis regionibus praeterquam in India.

Cap. V. Et excitantur super hominem morsum bumbus vel trulla (Blähung, flatus)!

Cap. VI.—IX. erinnern recht sehr an die ständige Beilage in unseren modernen Medicinalkalendern. Es werden nämlich die Heilverfahren bei acuten Vergiftungen abgehandelt.

Cap. VI. behandelt die mineralischen, Cap. VII. bis VIII. die vegetabilischen Gifte.

Cap. IX. behandelt die Stoffe aus dem Tierreiche, wie Canthariden etc. und zwar ist alles nach Avicenna behandelt.

Cap. X. enthält als Anhang noch verschiedene tierische Produkte.

Cap. XI. behandelt die Vergiftung durch Fische und verdorbenes Fleisch. Die Wirkung nach der Fischvergiftung vergleicht er mit derjenigen, die sich einstellt nach dem Genusse von giftigen Pilzen und Schwämmen. Er sagt: Ex piscibus frigidis et proprie positis in laco humeroso accidunt accidentia fungorum et non apparet aliquando aliquid usque ad diem unum vel duos. Acci-

dunt enim ex eorum comestione strangulatio et singultus, et sudor frigidus et sincopis et inflatio ventris et alia dicta capitulo fungorum.

Als eins der Gegenmittel finden wir Theriak angeführt und empfohlen.

Saliceto kennt die Schädlichkeit des Alkohols, und er warnt vor dem unrechten Gebrauch desselben, aber er kennt auch seinen Nutzen und befürwortet seinen Gebrauch am richtigen Platze. So ist es interessant, dass er schon empfiehlt, dass Leuten, welche von Schlangen gebissen worden seien, recht viel Wein zu trinken gegeben werden solle. Einer anderen interessanten Anschauung begegnen wir in dem Passus, wo er über die Lepra handelt (B. III cap. XXII). Er giebt nämlich als Mittel gegen dieselbe die Castration an. Er selbst hat zwar, wie er zugiebt, dieses Mittel nicht erprobt, aber er erzählt uns eine Geschichte, wo ihm ein befreundeter Berufsgenosse versichert habe, er habe durch die Castration einen Leprakranken vollständig geheilt. „Ich kann nun nicht untersuchen," sagt er, „wie viel Wahres und Falsches an der Sache ist und bin leider nicht competent, darüber ein Urteil abzugeben, ob die Castration ein nützliches Heilmittel gegen den Aussatz sein könnte. Jedenfalls lohnte es sich vielleicht der Mühe, auf diese Heilmethode näher einzugehen und sich näher mit ihr zu beschäftigen." Dass man die Castration doch wohl gegen den Aussatz angewendet haben mag, kann man schon daraus ersehen, dass Saliceto zugleich auch die

Folgen angiebt, die nach der Castration bei den Operierten sich bemerkbar machten. Denn es heisst von der Castration, dass sie die Männer verweichliche, so bekam, wie uns Saliceto berichtet, jener Leprakranke in Verona, welcher wegen seines Leidens castriert und angeblich auch geheilt wurde, sein Leben hindurch keinen Bart.

Herrn Dr. Pagel erlaube ich mir auch an dieser Stelle für seine Anregung und freundliche Mühewaltung hinsichtlich dieser Arbeit ergebensten Dank auszusprechen.

Thesen.

I.

Das Schlittschuhlaufen ist vom hygienischen Standpunkte aus nur zu empfehlen.

II.

Bei Gangraena diabetica ist möglichst hohe Amputation angezeigt.

III.

Es ist die Erbauung von Heimstätten für Lungenkranke anzustreben.

Vita.

Natus sum Guilelmus Herkner die XXII. mensis novembris MDCCCLXXI in vico Crinitz, patre Guilelmo, quem vivum magnopere veneror, matre Augusta e gente Tunsch, quam morte mihi ereptam valde lugeo.

Fidei adscriptus sum evangelicae.

Disciplina et eruditione Luccaviensis scholae quae vocatur Gymnasium usus maturitatis testimonio praeditus, civis almae matris Berolinensis inscriptus sum. Ibi per octo semestria rebus medicinalibus operam dedi.

Docuerunt me viri doctissimi, praeclarissimi, spectatissimi:

Baginsky, v. Bergmann, du Bois-Reymond (†), Engler, Fasbender, Fischer, Gerhardt, Gueterbock, Gusserow, Hertwig, Heubner, Jacobson, Jolly, Klemperer, König, Kundt (†), Langerhans, L. Lewin, Liebreich, Loewy, Martin, Mendel, Nasse, Olshausen, Rawitz, Rubner, Schulze, Schweigger, Senator, Virchow, Waldeyer, Warburg.

Quibus omnibus viris gratias ago quam maximas.

